

| | | | |
|---|-------------------------------|---|--|
| <p>Modi Ac- quiren- di sunt vel</p> | <p>Natu- rales ut</p> | <p>1. <i>Occupatio</i>, v. pag. 495. 2. <i>Accessio</i>, eaque est vel <i>Natura- lis</i> vel <i>Artifi- cialis</i>, v. pagg. <i>pracc. vel Mixta</i></p> | <p>Quae natura operaque hominis concurrente contingit. Dn. Swend. <i>ad Eckb.</i> b. 1. §. 21.</p> |
| | | <p>3. <i>Traditio</i> ve- stita sc. sive non nuda</p> | <p>1. <i>Satio</i>, qua Domino soli id, quod in ejus praedio ab alio satum est, illico acquiritur. §. 32. <i>I. d. R. D. j. l. 14. ff. d. donat.</i> nam in percipiendis fructibus magis corporis jus, ex quo percipiuntur, quam seminis, ex quo oriuntur, aspicitur. <i>l. 25. §. 1. ff. d. usur.</i> bonae fidei possessori ta- men competit exceptio doli mali usque dum consequatur pretium seminis & laboris. <i>d. §. 32.</i> verum mala fidei possessor saltem fructus, qui maturi sunt, aufert. <i>a. l. 37. ff. d. R. V. idem J. Sax. obrinet. §. 1.</i> <i>2. a. 46. Conf. Carpz. l. 1. Resp. 100.</i></p> <p>2. <i>Implantatio</i>, qua Domino soli alienum, quod in eo plantatum est, po- steaquam radices egit, acquiritur. <i>l. 7. §. 13. ff. b. Implantationem</i> vero <i>fecit vel Tertium m. f.</i> & a quondam Domino planta utili rei vindica- tione convenitur, quia eam dolo possidere desit. <i>l. 5. §. 3. ff. d. R. V. vel</i> <i>planta Dominus</i> & nullam habet actionem, etiamsi eruta sit planta, quae novo terrae alimento alia facta esse creditur. <i>l. 26. §. 2. ff. b. Ar- bor in Confinitio</i> posita est communis <i>Jure Civili</i>, quatenus in solo utri- usque vicini radices egit. <i>l. 7. §. f. ff. b. §. 31. I. d. R. D. J. Sax.</i> quate- nus ramos in vicini praedium propendentes habet. <i>a. §. 1. 2. a. 52.</i> illud Jus Soli, hoc Jus Aeris attendit fructusque ramorum propenden- tium vicino tribuit. <i>Carpz. P. 3. C. 32. d. 25.</i></p> <p>3. <i>Fructuum Perceptio</i>, hac b. f. possessori fructus ex re aliena perceptos naturales & industriales largitur revocabiliter. §. 35. <i>I. d. R. D.</i> Irrevo- cabili enim Acquisitioni lex impedimento est. <i>L. 136. ff. d. R. J.</i> quae consumptione ad b. f. possessorem irrevocabile Dominium demum transire voluit, extantesque fructus vindicare permittit. <i>l. 4. §. 2. ff. fin. regund. j. l. 22. C. d. R. V.</i> Verum b. f. possessor hodie, quatenus est factus locupletior, etiam post consumptionem conveniri potest. <i>a. l. 206. ff. d. R. J. Carpz. P. 3. C. 32. d. 28.</i> De hac fructuum perceptione actum p. <i>309. j. p. 114. 119.</i></p> |
| | | <p>Quae</p> | <p>Nam nuda traditio saltem transfert detentionem (ut in commodato, deposito, con- ducto. <i>l. 10. §. 1. ff. d. acqu. vel am. poss.</i>) vel possessionem naturalem, qua quis rem animo possidendi tenet, e. g. cum precario rogata est possessio. <i>l. 15. §. 4. ff. d. pre- car.</i> In dubio promissa traditione de nuda traditione actum creditur <i>l. 28. ff. d. V. O.</i></p> |
| | | <p>Divi- ditur</p> | <p>Est Actus, quo res ab eo, qui jus & animum ejus transferendae habet, ex causa ad transferendum dominium habili in accipientem transfertur. §. 40. <i>I. d. R. D. l. 55. ff. d. O. & A.</i></p> <p>1. <i>Ab Objecto in Propriam</i>, qua res corporales, & <i>Impropriam</i>, qua res incorporeales transferuntur: ut <i>Servitutes</i>. <i>l. 43. §. 1. ff. b. usu & patientia. l. f. ff. d. servit. l. 3. ff. d. Usufr.</i></p> <p>2. <i>a Mo- do in</i></p> <p><i>Fictam</i>, eaeque fictio- ne perfi- citur, & est vel</p> <p><i>Veram</i>, quae actu naturali s. corporali fit. <i>l. 8. ff. d. pecul.</i></p> <p><i>Symbolica</i>, quando in locum rei transferendae a- liud quid, quod eam representet, & in illam po- testatem accipienti faciat, animo rem transfe- rendi, traditur. e. g. <i>Cum Traduntur Claves</i> ad rem praesentem pertinentes. §. 44. <i>I. d. R. D. l. 74. ff. d. contrab. emt. P. 2. C. El. 14. pr.</i> (ubi in tra- ditione judiciali praesentia rei non necessaria) & §. 50 <i>aber. j. 11. f. 2. aut Instrumenta</i>, quibus jus vel titulus transferentis, quo ipse rem ab au- ctore suo quaesivit, continetur, veluti emtionis, cum res emta donatur. <i>Leg. 1. C. d. donat. Carpz. P. 2. C. 33. d. 15.</i></p> <p><i>Non Symbolica</i>, v. pag. seq.</p> <p>3. <i>a Persona acquirentis in Generalem & Specialem</i>, v. pag. seq.</p> <p><i>Civiles</i>, v. pag. seq. <i>Requirit</i>, v. pag. seq.</p> |